

cedentibus indiciis formata est ipso jure nulla. Et licet sint, qui dicant. Quod in inquisitione ex puro officio judicis formanda non requiratur aliquod indicium seu diffamatio; Communis siquidem sententia isti opinioni repugnat. Et subinde rectæ rationi adversatur, ex mera suspitione, nullis præcedentibus indiciis, contra aliquem formare inquisitionem, quæ tamen inquisito non modicum præjudicium quoad existimationem & famam affert. Vide *Consil. Criminal. 60. in Tom. 2. fol. 125.* Ut & *Farinac. Tom. 1. lib. 1. question. 1. num. 40. fol. 7. 8. Criminal.* Hinc confessio ad inquisitionem nullis præcedentibus indiciis formatam elicita, confitenti non præjudicat *Farinac. Tom. 2. Question. 81. numer. 13. fol. 4. Criminal.*

II. Quisnam ordo sit adhibendus, sive contra rei furtivæ possessorem procedatur ordinariè, sive per modum inquisitionis? scilicet, qui supra in hac Constitutione est præscriptus, nempe *Artic. 6. § 11.* Nam in *Artic. 6.* agitur de Captura rei, quando Judex ex officio inquisitoriè procedit: In *Artic. 12.* autem de incarcerationatione rei ad instantiam Accusatoris. Ubi plenius tota hæc materia pertractata est.

## ARTIC. CCXII.

*Rei furtivæ, aut raptæ indicia.*

Genugsame Anzeigung geraubter oder gestohlener Güter.

**W**ie und wann auch jemand geraubter oder gestohlener Güter halb zu Weinlicher Frag genugsam Anzeigung auff ihm hat / das wird im 38. Articul / ansehend / Item / so erfunden wird / und im nechsten Articul darnach / angezeigt.

AD ARTIC. CCXII.

ARGUMENTUM.

*Rei furtivæ aut raptæ indicia supra in Artic. 38. proposita sunt.*

EXE-